

fuit typus Christi. Si vero typus referatur ad antitypum, id est, ad typum è regione alteri typo respondentem, affirmatur. Nam sacramenta N. T. ἀντίτυπα sacramentorum V. T. vt baptismus circumcisionis, & sacra cœna paschæ.

16. *An pascha fuerit sacrificium?* N. Non enim fuit oblatum D E O, sed comestum à singulis familijs.

CAPVT XXXIX.

De Baptismo.

I.

Quot sint sacramenta in N T? Duo duntaxat: vide! baptismus & S. Cœna. Quod attinet ad reliqua quinque nimirum confirmationem, pœnitentiam, extremam unctionem, ordinem, & matrimonium, illa sunt sacramenta falso dicta. Illis enim non competit definitio sacramenti; neque instituta sunt à Christo; neque communiter pertinent ad omnes Christianos, &c.

2. *Cur sacramenta N. T. sint incruenta?* Quia sanguis Christi sistit omnem sanguinem.

3. *Quando baptismus primum sit institutus?*

M 6

tutus?